



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 89. Conventus Latinorum cum Græcis in Ecclesia ad S. Georgium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.

§. LXXXIX.

A.C. 1428.Conventus Latinorum cum Græcis in  
Ecclesia S. Georgii.*Ibid. p. 905.  
& seq.*

Igitur nona Aprilis feria quarta majoris hebdomadæ ad Ferrariense Concilium feliciter inchoandum omnium occupatio sollicitudo, cunctaque jamjam ad proximam Sessionem disponuntur, cum ecclesie intempestive lis, & controversia oritur de Sedibus Papæ, Imperatoris, & Patriarchæ. Postulabat enim Pontifex, ut thronus ipsius duos inter confidentium orationes medius in superiori Ecclesiæ parte collocaretur; cum enim in propria Persona Synodo præsideret, sese veluti centrum, ac utriusque Ecclesiæ nexum monstrare volebat. Econtra Imperator Græcorum acriter oblectatus contendebat primam sibi sedem deberi; id ut probaret, adducebat Nicænum, & Chalcedonense Concilium, in quorum primo Constantinus in medio Ecclesiæ confedisset; in altero autem Marcianus Imperator medium ante cancellos summi Altaris locum occupasset. Verum ad hæc reponebatur, quod in præfatis Conciliis equidem Pontifex medium locum, primamque sedem non tenuerit, id vero non aliud ex causa factum, quam quia Synodo per suos duntaxat Legatos intererat.

§. XC.